



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 46. Paschalis II. obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

brasset, esse iussum, per contabatur, an ^{Sæcul. XII.}
serio auxilium peteret, vel simulate, ut ^{A.C. III.}
ipsius humilitatem experiretur. Sed
Gauderico rogare perseverante, Bernar-
dus, ei manus imponens, imperavit fe-
bri, ut languentem relinquere, & pro-
tinus sanum reddidit. Ceterum multis
aliis miraculis S. Bernardus claruit.

§. XLV.

Monasteria in Aquitania.

Sub idem tempus vir spectatæ Sanctita-
tis Gerardus de Salis pœnitentiam
prædicabat in Aquitania, ubi complura
condidit monasteria, ac præter alia se-
quentia septem, Caduinense in Diœcesi
Petricoriensi, hodie Sarlatense dictum,
tria * alia in Diœcesi Piëstaviensi, Dolo-
nense in Diœcesi Lemovicensi, Grandis-
Silvæ in Diœcesi Tolosana, & Burneten-
se in Inculismensi. Dolonense, anno mil-
lesimo centesimo decimo septimo funda-
tum, caput majoris Congregationis eva-
sit, sed hæc feminarum Abbatia postmo-
dum Disciplinam Cisterciensium, sicut
etiam pleraque monasteria, Gerardo Au-
store exorta, amplexa est. Ipse anno
millesimo centesimo vigesimo obiit.

*Chron. Mal.
leac. anno
1120. p. 219.
Chartul. M.
S. Loci Dei.
* Les Alleus,
Chasteliers,
l'Abbie.*

§. XLVI.

Paschalis II. obitus.

Paschalis II. soluto Concilio Beneventa-

A a 2

no

Sæcul. XII. no in Campania degens exeunte aut.
A.C. 1118 mno morbo correptus, Anagniam venit,
Petr. Pisan. ubi medici, auctum esse de vita Pontificis,
ap. Baron. affirmarunt. Vires tamen ita resumpsit,
& Papebr. ut Preneste ad Dedicationem Ecclesie
 S. Agapiti peragendam satis valuerit.
 Romæ Festum Natalis Domini, & Offi-
 cium Octavæ de Epiphania celebravit.
 Legatos Constantinopolitanos, ibidem a
 se exceptos, dimisit. Ceterum Summi
 Pontificis præsentia Ptolomæo novoque
 Præfecto tantum terrorem incussum, ut
 ipsi priores pacem rogaverint, timentes
 que, ne iratum Pontificem mitigare non
 possent, relictis propriis ædibus in ob-
 scuris Urbis angulis latitaverint. Jam
 que Papa machinas bellicas aliaque, qui-
 bus rebelles ad deditioñem compelleret,
 parari jussérat, cum nimio labore fatiga-
 tus redeunte morbo opprimitur. Ubi
 ad extrema deductum se intellexit, con-
 vocatos Cardinales monuit; a fraudibus
 Guibertinorum & a Germanorum fero-
 cia sibi caverent, ac inter se concordiam
 inviolabili fide servarent. Tum accepta
 extrema unctione, peccata sua confessus,
 omnibusque officiis, quæ Sancta Religio
 in illo rerum articulo postulat, impletis,
 media nocte, decima octava Januarii, an-
 no millesimo centesimo decimo octavo,
 animam Deo reddidit, postquam S. Petri
 Cathedram annos octodecim, menses
 quin,

autu-
venit,
ificis,
npsit,
clesiz
uerit.
Off.
ravit.
em a
mmi
oque
, ut
ntes.
non
ob-
sam-
qui-
ret,
iga-
Ubi
con-
bus
ero-
am
pta
us,
gio
tis,
an-
70,
tri
ses
lls

quinque & totidem dies obtinuisset. Sæcul. XII.
 Pluribus Ordinationibus Presbyteros A.C.1118.
 quinquaginta, Diaconos triginta, &
 Episcopos centum creavit. Corpus
 ejus aromatibus conditum, vestibus
 Pontificiis de more exornatum, a Car-
 dinalibus ad Basilicam S. Joannis in
 Laterano portatum, & Sepulchro mar-
 moreo, mira arte elaborato, commissum.
 Sacra Sedes vero dies duodecim vacavit.
 Ceterum inter Epistolas Paschalis II. ha-
 bemus aliquam, ad Pontium Abbatem
 Cluniacensem datam, in qua præcipit,
 ut in Sacra Communione utraque species
 separatim Fidelibus præbeatur, non au-
 tem panis in vinum intinctus, quæ con-
 suetudo Cluniaci servabatur. Papa ab
 hac lege excipit parvulos & omnino in- ^{Sup. lib.}
 firmos, qui panem absorbere non possunt. ^{LXIII. §.}
 Ergo illa adhuc ætate Sacra Communio ^{59. LXIV.}
§. 28. infantibus porrigebatur. (*)

ep. 30.

A a 3 §. XLVII.

(*) *Sedente Paschale secundo (ut refert Pala-
 tius in Gelasio) cum Joannes Cajetanus, tunc
 Ecclesiæ Romanae Cancellarius, & postea Pa-
 schalis in Sede Romana accepto Gelasii nomi-
 ne Successor, Pontium Abbatem Cluniacensem
 redargueret, qui se Abbatem Abbatum jactita-
 bat, & interrogaret, si Cassinenses accepissent
 Regulam a Cluniacensibus? Pontius respondit,
 quod non solum Cluniacenses, verum etiam omnes
 Mona-*